

textus generalitatem, *vid. d. l. 23. §. tignum ff. de R. V.* deinde, ne simplio contentus esse, reque sua invitus carere cogatur dominus. Neque etiam id vult allata *l. 98. §. fin.* ubi per *pretium* intelligendum est adæquatum, & legibus definitum, nim. duplum. Illud adhuc † notari meretur, 18 favore ultimarum voluntatum obtinuisse, ut tignum ædibus junctum legari possit, quod absque injuria seu deformatione auferri potest, *l. nutu. 21. ff. de Leg. 3.* vel ad opus Reip. faciendum spectat. *l. cætera. 41. §. sed si. ff. de Leg. 1.*

## RACEMATIO III.

DE

## VINDEMIÆ.

## PALMES I.

**M**aturuerunt uvæ, vindemiandum est: Sed feriis ad hoc opus, ne ipso in opere disturbemur. De variis veterum festis finalibus † modo in Veneris honorem d. 21. 1 April. modo Jovis d. 19. Aug. institutis dicere jam nil attinet. De his præter alios videri potest Matth. Dresserus *de fest. dieb. Christ. & Etn. ad d. 19. Aug. p. m. 148.* Non enim de vinalibus, Diis sacris; sed de vindemialibus, profanis & rusticis feriis solliciti erimus: Quale *ὄναυάλα* festum etiam Imperatores cum amicis agitari ruri solebant. Vide Lampridium *Heliogab.* De his † Minutius Felix *Octavio*: 2 Ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverunt. *Vide quoque Cyprianum epist. 1. ad Donatum.* His dieb9 etiam feriæ erant a studiis, ut constat ex Div. Augustino *confess. l. 9. c. 2.* Edicunt vero de his † Impp. *in l. omnes. 7. C. de feriis.* 3 Et Theodosius ad Vicenum *in l. 2. C. eod.* Sed qui fit, ut Theodosii Constitutio inter Constitutiones Constantini 4 intercaletur, præcedat etiam Valentinianum, Valentem & Gra;

D

&amp; Gra;